¶ Primus canō eſt ꝙ preſbiter fornicās publice et notorie tenēs cōcubinā iuclusā et ſacro indutus vel cilitio. iij. mēſibꝫ in pane et aq̄ ieiunet ꝑ ſpaciū ſeptē annoꝝ. quolibꝫ anno iij. mēſibꝫ exceptis feſtiuitatibꝫ. ꝛtūc modico vino vtatur et ſexta feria ſemꝑ ieiunet. in pane et aqua. vt ponit. lxxxij. diſt. preſbiter. et hoc idem intellige de adulterio vel inceſtu notorio

¶ Itē preſbiter qui cognouit filiā ſuā ſpūalē. vel monialē. vel confeſſatā. vł baptiſatā tribꝫ annis peni. Et ſi ē Eps. xv. annis. peni. xxxviij. q. i. c. ſi quis ſacerdotū. et c. nō dum.

Itē ſi q̇s acceperit ſpōſaꝫ alienā ꝑ verba de pn̄ti. vij annis peniteat et xl. diebꝫ in pane ꝛ aq̄ ieiunet extra de ſpō. c. dudū

Item ſi quis deuotā ſiue monialē cognouit decē annis peniteat. vt notatur xxvij. q. i. c. deuotaꝫ.

Item preſbiter cātās miſſaꝫ et nō cōicās. i. anno peniteat. nec interī celebret de conſe. diſt. ij. relatum

Item ſi quis contra naturam peccauerit. ſi ſit clericus debet deponi. et ſi incorrigibilis eſt. debet recludi in monaſterium Et ſi ſit laycus debet excommunicari. extra de exceſ. prela. c. clerici quia hoc peccatum maiorem meretur penitentiam quaꝫ ſi aliquis cum propria matre coiret. vt ponitur. xxxij. q. vij. c. adulter.

Item nuptias clamdeſtinas facientes puniuntur. et ētiam ſacerdos qui preſens eſt punitur. niſi fiant in facie eccleſie. extra de clamdeſti. deſponſa.

Item qui cognouit filiam ſuam ſpiritualeꝫ. vel cōmr̄eꝫ et etiaꝫ qui conſentit eis vij. annis peniteat xxx. q. iij. c. nō oportet

Item ſi quis receperit alicuius deſpōſataꝫ vel nuptam ſepteꝫ annis et per xl. dies peniteat. in pane et aqua ieiunet. extra de ſpō. c. accepiſti

Item ſi Pater et filius cuꝫ vna muliere dormierint. aut ſi q̇s cū matre vel filia vel cū duabus ſororibus coierit. vij annis peni. xxxviij. q. iij. c. cum pater.

Item ſi quis monialem aliquaꝫ corrumperit. vij annis peniteat. et a cõmunione ſeperet. et ſi contraxerit ipſo facto ſunt excommunicati xxvij. q. i. c. cos. de conſang. ⁊ affini.

Item ſi quis matrẽ vel filiam vel duas ſorores vel nuptaꝫ vl neptem ſcienter cognouerit ꝑpetuo caret coniugio. extra de eo qui cog. conſan. vxo. ſue. c. ex litteris. ⁊ xxxij. q. vij. c. ſi quis viduã. ⁊ viij annis peniteat. xxxviij. q. vij. c. ſi pater. ⁊. c. vltimo. ⁊ xxv. q. iij. ſi qs autem ignorans cognouerit duas ſorores vel matrem vel filiam vno anno peniteat. xxxiiij. q. vlti.

Iteꝫ. celans ſe cognouiſſe mulierẽ que contraxit fratrem eius ſeptem annis peniteat. xxx. q. iij.

Item ſi quis frangens ſponſalia filiarum. iij. annis peniteat. xxxi. i. diſt. c. vnico.

Item cognoſcẽs vxorẽ adulterã. iij. annis peniteat. xxxij. q. i. c. ſi quis et extra de eo qui cog. con. vxo. ſue. c. ex litteris. et xxxij. q. vij c. ſi quis viduam. et grauius punitur inceſtus ꝙ adulteriũ. xxxij. q. viij. c. adulte.

Itẽ ſi voluiſti fornicari ⁊ nõ potuiſti. aut ſi pollutus fuiſti in ſomno ꝑ malã delectationẽ. aut ſi oſculatus fuiſti illecebrã mulierem ꝙcũqꝫ quinqꝫ aut ſeptem diebus peniteas.

Itẽ ſi abuſ9es vxore tua. vel in die dñico. vel in aliis feſtiuitatibꝫ ſanctoꝝ cõcubuiſti cũ ea. vel in xl. vij. diebus peniteas

Itẽ ſi qs cõmiſit adulteriũ cũ vxore aliena. ſeptẽ an. pe.

Itẽ ſi qs fornicat9ẽ cũ virgine tres an. pe. vno ex bis in pane ⁊ aqua. et ſi cũ vidua ij an. pe. idem ſi fornicatus fuiſti cũ ſancta moniali xv. an. pe. ⁊ iij. ex bis in pane et aqua facias

Itẽ ſi peccaſti cũ iumẽto aut cũ aliis animalibꝫ vl feciſti ſodomiam xv. annis pe. ⁊ v. ex bis in pane et aqua facias

Itẽ ſi quis vir babẽs vxoẽ. cũ alia cõcubuerit ſeptẽ annis peniteat. iij ex bis in pane et aqua faciat

Itẽ ſi fuiſti luxuriat9 die veneris ſancta. cuꝫ vxore tua duabus ſeptimanis peniteas.

Itẽ ſi quis cũ filia vel cõſanguinea vl nepte ſua peccauerit omnibus diebꝫ vite ſue peniteat. et elemoſinas multas faciat. ⁊ in domo ſua nõ maneat

Si quis cum vidua patris ſui vel vxore vel cuꝫ germana ſua ſiue cognata ſua. vel ſi pater turpitudineꝫ filie ſue reuelauerit. vel cum filiaſtra ſua coierit decem annis peniteat. et peregrinus incedat et tres annnos ex bis in pane et aqua faciat

Item Si quis cum compatre vel cum commatre ſua de fonte vel de chriſmate peccauerit vel cogerit vel aliquid luxurioſe ꝑpetrauerit. xv. annis peniteat.

Si quis cum duabus ſororibus coierit. vel nupſerit vſq̄ʒ ad
ẽxtremũ vite ſue peniteat

Si quis vxorem legittimã dimiſerit ⁊ cum alia nupſerit. talis cuʒ
chriſtianis nõ mãducet. et nullus ei aſſocietur.

Si quis Epiſcopus vel preſbiter vel diaconus vxorẽ acceperit ab
ordine deponatur.

Si Ep̃s adulteriũ ꝑpetrauerit. xv ãnis peniteat. Et preſbiter xij.
Dyaconus vero. x. ſubdiaconus vij. ⁊ cleric⁹. i. Et tertia ꝑs ſit ĩ pa
ne et aqua. iij. q. v. c. ſi quis ſacerdos. ⁊. q. iij. c. nõ oportet.

Si mulier fornicata fuerit. ⁊ pr̃em ſuũ viuũ occiderit. x. an. peni.

Si mulier cũ duobꝫ fratribꝫ coierit. vſq̄ʒ ad mortẽ peniteat. et tunc
corpus dñicũ accipiat.

Si aliqua mulier potionẽ acceperit. vt nõ concipiat. ij. annos in
pane et aqua peniteat

Si aliqua mulier occiderit ꝑuulũ per. xl dies anteq̄ʒ pariat vt ma
tricida iudicetur. ⁊ iij. annis in pane et aqua ieiunet. extra de hijs
qui filios ſuos occidunt. c. vltimo

NB Si aliq̃ mulier ſemen viri in cibũ miſcuerit. aut alia ſortilegia vel
cauſas illicitas fecerit vt plus amorẽ viri habeat. iij. ãnoſ peniteat

Votũ ſimplex frangẽs caſtitatis. iij. annos peniteat.

Si puer moriat̃ in lecto ſine ꝑntũ negligẽtia tutũ ẽ eis aliquã pe/
nitentiã dare. ſi vero ſponte occiderit grauior imponit̃ penitentia
q̄ʒ ꝓ quocũq̄ʒ homicidio. ſi aũt leuis culpa p̃ceſſerit. iij. annis peni/
teat. vt ponit̃. ij. q. v. c. cõſuluiſti. ⁊ extra de his q̃ filios ſuos occi.

Si cõſult⁹ es homicidiũ ⁊ tñ nõ ẽ factũ duos annos peniteas.

Si habuiſti irã vel odiũ in corde q̄ʒdiu habuiſti. tamdiu in pane ⁊
aqua ieiunes. ⁊ velut homicida iudicaberis.

Si occidiſti filiũ vel filiã decẽ annis peniteas. et nunq̄ʒ mutes ci/
bum niſi in die dominico

Si quis cũ muliere fornicatur infantẽ occiderit. vel mortuũ pare
re procuret. decem annis peniteat

Si dediſti cõſiliũ vt aliq̄s occideret̃. ſeptem. an. peni.

Si quis ſacrilegus fuerit. vel calicẽ polluerit. ſeptem annis penite
at. xij. q. ij. c. de viro

Si quis coactus falſos dixerit nec ſequit̃ mors. duobꝫ annis pe/
niteat. ſi vero ſponte. v.

Pro homicidio adulterio ⁊ fornicatõe dent̃. vij. anni de penitẽtia
xxi. q. i. c. p̃dicandũ. et xxx. q. i. c. hocipm. et. c. ſequeñ.

Qui accuſat ad mortẽ malitioſe ſi occiderit. vij. annis peniteat. ſi
verũ membꝛ ꝑdiderit. iij. annos peniteat ⁊ tres q̄dragenas q̄s bea
tus Petrus inſtituit faciat. ſ. primã añ natalẽ dñi. ſcd̃aʒ añ paſcaꝫ
et tertiã ante feſtũ iohannis baptiſte. vt in. c. i. in glo. de accuſati. c.
accuſati.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Si vero accuſat⁹ nullũ dãnuꝫ habeat.xl.diebꝯ peniteat.
Itẽ ſi cleric⁹ homicidiũ volũtarie fecerit dꝫ deponi ab ordine ꝛ bñ/
ficio ꝛ vij.annis penitere.ꝛ caſualis homicida .v.annis.ſi tñ aliq̃
culpa pceſſerit.ſꝫ ſi homicidiũ fuerit necc̃ariũ.vt qꝛ aliter euadeꝛ nõ
potuit·Et ſi culpa aliq̃ nõ fuit.nõ ẽ irreglaris Et idẽ dꝛ de furioſo
vt patet in cle.c.furioſus.de homicidio.ꝛ.l.di·c.miror.

Itẽ ſi q̃s intuitu diſcipline aliquẽ occiderit deponaꝛ ab altari ex/
tra de homicidio·c.preſbiteꝝ·ꝛ xv.q.i.c.ſi quis nõ iratus
Itẽ ſi q̃s mr̃eꝫ ſuã occiderit puniaꝛ ſm formã.xxxiij·q.ij.c.lator.
Itẽ ſi quis vxorẽ ſuã occiderit ſꝑ peniteat.xxxiij·q.ij.c·ammonente
et in glo.iij·q.i·c.cito.

Itẽ ſi q̃s pſbiteꝝ occiderit.xii.annis pe.ſcdm formã ex·de pe et re/
mi.c·ij.Et ſi cõiugat⁹ fuerit careat milicia ꝛ ꝯiugio vt poniꝛ ibidẽ
Itẽ ſi mulier machinaꝛ in mortẽ viri ſine ꝯiugio erit.tñ ſi de facto
matrimoniũ ꝯ̃hat tenebit mr̃imoniũ.extra de diuor.c.i.
Itẽ ſi q̃s Epm ꝑcuſſerit vl' rephẽderit.vel a ꝓpria ſede expulerit ex/
cõmunicat⁹ ẽ ꝛ ei⁹ bona tradũtur illi eccl'ie c⁹ eps ẽ ꝑſecut⁹.ꝛ ſi fue
rit ſimplex cleric⁹ ꝑcuſſor deponẽd⁹ ẽ.ꝛ vij.an.pe.

Itẽ ſi patron⁹ vl' aduocat⁹ eccl'ie vl' ali⁹ officialis clericũ vel pſbite
rũ occiderit vel mutilauerit.ꝑdet ius patronatus ꝛ aduocatiõis.
et feudatã feudũ ꝛ nũq̃ꝫ admittaꝛ collegio clericorum nec libertati
xvij.q.iiii.c·ſi quis ſuadẽte.ꝛ extra de penis.c.ij.ꝛ.c.in quibus ꝛ im
ponitur ſibi pena in foro cõtentioſo ſicut pro homicidio

¶ Maxima penitẽtia imponiꝛ illi qui pontificẽ vel epm ꝑcuſſerit:
aut ceperit vl' ꝯſiliũ aut auxiliũ vel fauorẽ dederit in cle.c.vnico.d
pe. Qui preſbiteꝝ interficit·xij·an.pe.c.ij.ꝛ dicto.c.ſi q̃s ſuadente
Occidẽs furẽ vel latronẽ q̃ alias ſine occaſione capi poterat.ꝑ.xl.
dies eccl'iaꝫ nõ intret ꝛ vtaꝛ cilitio·ꝛ q̃rta et ſexta feria ieiunet : Et
ſi cleric⁹.p rebꝯ eccl'ie fuãdis hoc fecerit nõ deponaꝛ tñ peniteat q̃ꝫ/
diu viuat.extra de homi·c.ij. Si ſacerdos ſe defendẽs latronem
interficiat.duos annos peniteat extra.de homi.c.ij.
Item ſi clericus ſit fur vel latro.ſeptẽ annis peniteat.laic⁹ vero.v.
xvij·q.iij.c.ſi quis cleric⁹.et c.peccata
Preſbiter excõmũicatus ſi celebret.iij.annos peniteat·xij.q.iij.c
illis
Si quis homicidium fecerit in bello de mandato domini ſui.xl.
diebus peniteat
¶ Interfector domini ſui vel vxoris ſue nunq̃ꝫ equitet nec contra/
hat.ſꝫ ꝑ x.annos peniteat ꝛ carnes nõ cõmedat ꝛ vinum non bibat
xxxiij.q.ij.c.admonere.ꝛ.c.quicũqꝫ.de diuor·c.i·ſed matri infector
armis depoſitis decẽ annos peniteat.xxxiij·q·iij.c.laborẽ·ꝛ xxxiij.
q.i.c.non auferamus

Occidẽs ꝑ infamiã nõ imputatur iiij.q.ix.c.qui iudicas.xvi.q
ii.c.aliquis.ſꝫ homicida euitabilis neceſſitatis duobus an. penit.
l.di.c.de his clericis ſꝫ ineuitabil' neceſſitati nõ puntur l.d.c. quia
tecũ. tñ ad cautelã ſecũ diſpẽſat xxxiij.q.ij.c.electum.ꝛ xxv.q.ij.ex
cõmunicatis.

Quicũqꝫ contra ſuũ iuramẽtũ machinat in mortẽ dñi vel in ꝓ
iudiciũ eius ſemꝑ peniteat et cõmunionẽ nõ recipiat xxiij.q. vltia
c.ſi quis laicus.

Si qs occiderit monachũ vl' clericũ in ſacris ordinibꝫ conſtitu
tũ publicã penitẽtiã agat.ꝛ ſeptẽ an.pe.xvij.q.iiij.c.qui occiderit

Si Eps homicida fuerit xv annis peniteat ꝛ ſꝑ peregrinatur
ſed preſbiter duodeciꝫ annis tres in pane et aqua Dyaconus vero
decẽ annis pe.l.di.c.ſi quis homicidium.

Qui ꝑiurauerit vel adulteriũ vel homicidiũ cõmiſerit ſepteꝫ an
nis peniteat.ꝛ qui penitẽtiã recipere noluerit ab eccleſia repellat ꝛ
nullus cũ eo cõmedat xxxij.q.i.c.vlti.et xxxiij.q.ij.c.hoc ipſum

Qui domũ vel horreũ voluntarie incenderit dãnum reſtituat.ꝛ
tres annos peniteat.extra de iniuri.

Conburẽs eccl'iam ſcienter reſtituat eccleſiam.et quindecim an.
pe.ꝛ tm̃ det pauꝑibꝫ q̃ntũ dãni fecit.xvii.q.iiii.c.ſi.quis eccl'iam

Qui ſtat in eccl'ia occupatꝰ ocioſis fabulis ꝛ nõ intẽdit ad miſ
ſas et alia diuina officia.iii.diebus peniteat

Si quis furtũ receperit vl' furatus fuerit rem ſacrã de loco ſacro
vel nõ ſacrũ de loco ſacro vel ſacrũ de loco nõ ſacro ſeptẽ annis pe
niteat.iii.ex his ieiunando in pane et aqua

Qui cõmiſit ſacrilegiũ auferẽdo res eccleſie ꝛ eccleſiaꝫ violando
ſeptẽ annis peniteat.primo anno extra cimiteriũ exeat ſcd'o anno
ingrediat cimiteriũ ſꝫ ſtet ante fores eccleſie.tertio anno ingrediat
eccl'iam.ſꝫ nõ cõicet corpꝰ chriſti.alijs autẽ q̃tuor ãnis carnes non
cõmedat nec vinũ bibat ꝛ q̇cq̇d acceperit reſtituat.xii.q.ij.c. d viro

Qui iniuriat eccl'ie pnia ſibi debet imponi qꝑ priuet cõione et ec
cleſie ingreſſu extra de foro cõpetẽti.c.nullus

Si qs aliquid furatũ cõmederit ſeptẽ diebꝫ peniteat

Si qs quẽcũqꝫ chrĩanũ quõlibet ingenio in captiuitatẽ duxerit
vl' eũ vẽdiderit vii.an.pe.ꝛ iii.ex his in pane et aqua faciat

Si quis decimas primitias vel oblationes defraudauerit vel
furatus fuerit ſeu negauerit vel minus dederit de omni re quam
laborat.ſ.de grano de vino de oleo de pecoribus ꝛ beſtijs et de vni
uerſis ſuis fabricis et negotijs ſeu aurificijs aut veniam petat ab
eccl'ia aut in duplũ reſtituat.ꝛ vij annis peniteat.et iii ex his ĩ pa
ne et aqua faciat

Si fuiſti raptor tres annos peniteas et totũ qđ rapuiſti reſtitu
as ſi ſit propter neceſſitatẽ leuis penitentia datur aut ad cautelaꝫ

ſi autem modica fuerit neceſſ.tas reſtituat totum ⁊ punitur penitē tia arbitraria extra de fur.c.iii.quia raptor punitur penitentia ar bitraria.primo debet puniri et reſtituere anteq̄ȝ abſoluatur xii.q.ij c.fraternitas et in gloſa c.vltimo.et extra de electi.c.quod

Si quis ſymoniā ſcienter cōmiſerit anteq̄ȝ abſoluatur et aliq̄ ſi bi penitentia iniūgitur tenetur renūciare beneficium ſymoniace ac quiſitum ⁊ dare pecuniā illi eccleſie et reſtituere omnes fructus per ceptos et qui ꝑcipi poterat et hoc intellige tam de laico q̄ȝ de cleri rico a quocūqȝ fuerit accepta pecunia ſeu ſymonia facta.quia hoc peccatum eſt tam graue in eccleſia dei ꝙ omnia peccata in compa ratione eius ꝓ nihilo reputatur quia ꝑ ſimoniacā cupiditatem et auariciam tota dei eccleſia confunditur vituperatur et depēdatur et latronibus depredatoribus ignotis ydiotis ruffianis et fornica toribus regenda cōmittitur.et hec ſymonia fidem probitatem et ce teras bonas virtutū artes in dei eccleſia ſubuertit et ꝓpter reddituſ fructus et honores eccleſiaſticos habendos deum et eius fideȝ ne gligere et omnia venalia iam habere beneficia eccleſiaſtica/⁊ ſacra menta edocuit et multos eccleſiaſticos preſertim ſuperiores nr̄os. qui videbantur regere populum falſos et iniquos fieri ſubegit.ali ud clauſum in pectore.aliud ſub lingua p̄ceptum habere labijs. et ornamentis eccl'iaſticis deum tātum honorare.corde aūt dominū deum noſtrū ihesum chr̄m et eius ſacramēta ac ſponſam ſuaȝ pub lice ⁊ cum ſcandalo totius chr̄ianitatis nō ſemel ſed pluries vēde re no ſicut iudas pro triginta denarijs ſed ſepe pro tribus mille flo ren̄.ve aūt homini illi ꝑ quem huiuſmodi ſcādalum venit. Bonū erat ei ſi natus nō fuiſſet homo illeet quia hoc peccatū ſymonie eſt tam graue,ideo grauiſſima penitētia eſt ſibi imponenda reſpectu alioꝝ peccatorū Etiam quia ſymoniacus in ordine nō recipit exe cutionem ordinis.ſed eſt ſuſpenſus quo ad ſe et quo ad alios Nec Epiſcopus nec Cardinalis nec aliquis alius preſbiter poteſt euȝ ab hoc peccato ſymonie abſoluere.niſi ſolus vicarius chriſti ſciliȝ Papa.et tunc oportet ꝙ reſtituat primo.quia nō intrauit ꝑ hoſtiū ſed aliunde vt fur et latro et non dimittitur peccatum niſi reſtitua tur ablatum.hec notantur.i.q.i.c.ſi quis.et.q.vij.c.requir.⁊ extra de electi.c.dudum.el.ij.et xiii.di.c.nemi.⁊ xiii.q.vi.c.ſi res.extra de reſti.ſpo.c.grauis.extra de ſymonia.c.tanta.Et huic graui pecca cato vt dictum eſt penitentia eſt imponēda ꝑ arbitrio ſacerdotis

# De Uſura

¶ Et quia vſura eſt ſpeties furti. ideo ſi aliquis fuerit vſurarius: ad cōmunionē corpis chr̄i nec ad eccl'iā admittat᷑. niſi primo reſti/tuat vſuras ꝑceptas ſi eas ſoluere potuerit. extra. de vſu. ꝟ. poſtq̄. huic etiā peccato imponit᷑ p̱ cōfeſſorē pn̄ia arbitraria poſtq̄ ſoluit vel cū dederit cautionē de ſoluēdo. extra. de peni. et remiſ. de⁹ qui ¶ Colēs ydola ⁊ imagines faciēs ꝓpter incātatiōes et ſortilegia. ac diuinatōes tres annos peniteat ¶ Quicunqꝫ incantauerit ana thematizatus ſit. xxvi. q. vii. ſi quis ariolos ¶ Preſbiter ſortileg⁹ debet priuari vel ſuſpēdi. ⁊ laic⁹ priuet᷑ cōione corpis chr̄i. extra de ſortilegijs. c. ij. ⁊ in glo. ſortilegus xl. diebus peniteat de ſortile. c. i. et reſpiciēs aſtrolabia duobꝫ ānis peniteat de ſorti. c. ij. ¶ Si quis in trat domū cū magicis vel incantatōibꝫ ⁊ qui conſulit. annis v. pe niteat. xxvi. q. v. c. qui diuinatōes. ⁊. c. non liceat ¶ Item ſi quis ſacerdos mortuo palium inuoluat x. annis peniteat. cū ſex mēſibꝫ et diaconus tres annis cuꝫ dimidio de conſe. diſt. i. c. nemo

¶ Qui blaſphemauerit deū et ſanctos ſuos. precipue virginē Ma/riam ſeptē ſeptimanas peniteat. et ſeptē diebꝫ dn̄icis. extra eccleſiaꝫ exiſtēs paliū ⁊ calciamēta nō habeat ⁊ ſeptē diebꝫ in pane et aqua ieiunet et tres paupes reficiat. ⁊. v. ſolidos ſoluat. etſi h̄ facere no/luerit careat ſepultura. ¶ Qui cōpulſus ꝑiurat tā cōpellens quam compulſus xl. diebꝫ in pane et aqua peniteat et ꝑ ſeptē annos peni tentiā agat. xxij. q. vii. c. qui cōpulſus. ¶ Qui ꝑiurat in manibꝫ epi. vel ſup̱ cruce cōſecrata vno āno peniteat. et ſi ignorāter ꝑiurauerit iij. quadragenas in penitētia agat. xxij. q. v. c. ij. ¶ Si quis pro ne/ceſſitate vl' cā ſpūali. p voto vel rebus redimēdis ꝑiurat. iii. annos vno in pane et aqua peniteat. xxii. q. ij. c. ſi quis coactus. ¶ Si qs ſcienter falſe iurat vel aliū iurare cōpellit ꝑ xl. dies in pane et aqua ieiunet ⁊ ꝑ ſeptē an. pe. xxij. q. v. c. iii. ⁊. c. ſi quis coactus ¶ Item ſi quis cōtra ſuū iuramētū in mortē dn̄i machinat᷑ arma relinquat et ſemp̱ peniteat. ⁊ in fine vite ſue eucharistiā recipiat ¶ Clerici q̄ Epo iurauerint obediētiā et poſtea cōtra ipſuꝫ malicioſe cōſpira/uerint curie ſecl'ari tradātur. xi. q. iii. c. cōiurādo et. c. ſi quis ſacerdo tū ¶ Item ſi quis iurauerit ſup̱ ſctā dei euāgelia vel ſup̱ altare vij annis peniteat. et ſi in manibꝫ fratris vel preſbiteri vel alteri⁹ ho/minis iurauerit et nō obſuauerit tres annos peniteat.

¶ Item ſi nō ſeruaſti diē dn̄icā vel alia feſta ab eccl'ia inſtituta. vij. diebus peniteas. ¶ Itē ſi nō feciſti iuſte iudiciū. aut ſi nō cuſtodi/uiſti vel inuiſiſti cōpatres cōmatres aut filias ſpūales. nec honora ſti vt debuiſti ſeptē diebꝫ peniteas ¶ Si quis offendit patrem vel matrē verbis tantū. ſeptē diebus peniteat. et ſi leui inpulſione aut graui iniuria veniā petat. et per vnū annū peniteat

Si quis patrem aut matrẽ aut vxorem interfecerit nunquã equitet. nec matrimoniũ cõtrahat et p. x. annos carnes nõ comme/dat nec vinũ bibat. xxxij. q. ij. c. admonere. ⁊ c. quicũq; extra de di/uorti. c. i. Et matris interfector x. annis peniteat armis depoſitis. xxxiij. q. iiij. c. latronem

Qui occidit iudeũ vel paganũ. xl. dieb₉ peniteat. l. di. c. quoniaʒ odij. Et homicidio voluntario vt dictũ ẽ ſeptẽ annoꝝ penitẽtia dat᷑ xxi. q. i. c. predicãdũ. et. xxxiij. q. i. c. hocipſum

Cõtrahẽs cũ ea quã polluit. p adulteriũ. v. pe. xxx. q. i. c. ſi quem

Si quis cognoſcit vxorem adulteram ante peractã penitentiaʒ: duobus annis peniteat. xxxij. q. i. c. i.

Si quis furatur vel rapit rem eccleſiaſticã reſtituat quadruplũ eccleſie ⁊ ſeptem annis peniteat. et tres ex his in pane ⁊ aqua faciat vij. q. ij. c. peccata. ⁊ xij. q. ij. c. de viro.

Epiſcopus homicida. xl annis peniteat. et tres ex his in pane et aqua faciat. l. di. c. ſi quis homi.

Si quis vomitũ ꝓpter ebrietatẽ incurrerit. xl. diebus peniteat

Mulier dans partũ alteri q̃ȝ patri decẽ annis peniteat. extra de peniten. et remiſ. c. officij.

Sacerdos qui intereſt clamdeſtinis ſponſalibus tres annos pe niteat extra de clamde. deſponſa. c. vltimo.

Si qs p ebrietatẽ eucharistiã emouerit. ſi laic₉ fuerit. xl. ſi religio ſus vl' plat₉ lxx. Et ſi eps ixxx. diebus peniteat. ſed ſi cauſa infirmi tatis illud factũ fuerit vij. dieb₉ peniteat. vel detur penitentia arbi/traria de con. di. v. c. ſi quis. xxxiij. q. ij. c. qui bene.

Si mures cõmederint eucharistiã ex incuria ſeu negligẽtia ſacer dotis xl dies pe. vel ſi pdatur. xxx. q. ij. c. qui bene.

Si de ſanguine chriſti ſtillauerit in terrã. lingua lambat᷑. ⁊ tabu la ſiue terra radat᷑ ⁊ igne cõcremet᷑ et pannus lauetur ⁊ illa lotio a preſbitero ſumat᷑. ⁊ xl. dieb₉. pe. de conſe. diſt. ij. c. ſi p negligentiã. Et ſctũs Thomas dt. q̃ ille pannus cõburat᷑ et det᷑ penitẽtia arbitra/ria extra de peni. ⁊ remiſ. c. de₉ qui. ⁊ xxx vi. q vij. c. tempora. et extra d peni. di. i. c. menſam

Si amiſſa fuerit hoſtia vel pars eius ſacerdos. xxx. dieb₉ peni. de. con. diſt. i. c. qui bene.

Si quis preſbiter euchariſtiã nõ debite cuſtodierit. vel chriſma. iij menſib₉ ab officio ſuſpẽdat᷑. ⁊ ſi nephandũ aliquot acciderit gra uiori pene ſubijciat᷑. extra de cuſto. euchariſtie.

Falſarius monete vel regulariũ aut inſtrumẽtoꝝ ſiue cõtractuũ q̃ȝdiu viuat in pane et aqua ſe abſtineat. extra de verboꝝ ſignifica/tione. c. nouimus

Si latro cõfiteat᷑ vl' petat inſtãter cõfeſſionẽ ſepeliat᷑ in cimite/rio. ⁊ oret᷑ p eo. et detur ei corp₉ chri. vij. q. vltima. c. finali.

Clericus qui canonicas horas ſecundum ſuam eccleſiam metro/
politanaƺ non dicit ſex menſibus puniatur.xij.di.c.de hijs.ꝛ.c.vlt.

Epiſcopus ordinans clericū inuitū ſuſpēdatur vno anno.lxxxiiij
di.c.i.vel.lxxiij.di.c.ij

Epiſcopus qui ſit aliquos clericos vendidiſſe ſacramenta et eccle
ſie miniſteria.ac ſymoniā cōmiſiſſe ſi hoc non corrigit duobꝫ men/
ſibus ſuſpendatur a cōmunione miſſe.Et ſi preſbiter fuerit quatu
or menſibus.et ſi diaconus vel alius ordinatꝰ iudicis arbitrio pu
niatur.i.q.i.quinquenniū

Item ſciēter rebaptizatus ſi pro hereſi hoc fecerit vij.annis in om
nibus ſextis ferijs.et tribus quadrageſimis in pane ꝛ aqua punia
tur ſi vero ꝓpter infirmitatē tribꝫ annis peniteat.ſi vero propter ig
norantiā nō peccat.ſƺ tñ nō ꝓmoueaꝛ niſi ſit excellens perſona.de
con.di.iiij.c.qui bis extra de apo.c.ij.

Itē Ep̄s preſ biter diaconꝰ ſciēter rebaptizatus peni.ꝙdiu viuat.
alij vero clerici et religioſi volētes ab hereticis rebaptizari xij.ānis
peniteāt ſcd̄m formā.de con.diſt.iij.c.homines quos

Itē patronꝰ dilapidās res eccl̄ie excōicaꝛ.xvi.q.vij.c.filij s

Item qui hereticum ſcienter cōmunicat.iij.annos peniteat.Et ſi
ignorāter vno anno peniteat

Item qui ꝑmiſit hereticū in eccleſia ſua celebrare.ſi hoc fecerit igrā
ter xl.diebus peniteat.ſed ſi hoc ſciēter et in abuſione fidei fecerit.
xij.annis peniteat.xxiij.q.i.c.ſi quis dedit.

Itē incēdiarꝰ domoꝝ vel agroꝝ volūtarie reſtituēs damnū.iij an.
pe.extra de iniurijs.et xxiiij.q.vi.c.peſſimā.hodie tamē iſte talis a
ſolo papa abſoluitur.extra de ſen.excō.c.tua.

Itē cōburens eccleſiam reſtituat eccleſiā et puniatur.xv.an.xxvij.
q.iiij.c.ſi quis eccleſiam

Itē ſacerdos reuelās ſigno vel verbo vel alio quouiſmodo cōfeſſio
nē retrudatur in monaſteriū ad ꝑpetuā penitētiā ꝑagēdaƺ.de pe.
et remiſ.c.omnis vtriuſqꝫ ſexus vl' ſꝑ peregrineꝛ de pe.di.i.

Sacerdos ſe defendēs ꝛ latronē interficiēs.ij.annis peni.extra de
homi.c.ij.

Clericus fur vel latro vij.annis peniteat.Laicꝰ vero.v.xvij.q.iiij.
c.ſi quis clericus.ꝛ.c.peccata.

Excōicatꝰ preſbiter celebrās.iij.annos peni.xj.q.iij.c.de illis

Si q̄s falſificauerit mēſurā vel monetā reſtituat.et ꝑ xxx.dies pe.
in pane et aqua.extra de empti.ꝛ vendi.c.i.ꝛ.c.vt menſuram

Si quis in peccatū recidiuauerit dƺ ſuſpendi a cōmunione corpo
ris chr̄i de pe.di.v.c.de hijs.ꝛ.l.di.c.vlti.

Preſbiter qui cantat miſſam et nō cōicat vno anno pe.ꝛ per ānuƺ
nō celebret de con.di.ij.c.relatum

Si quis clericus manū mittens in Epm vel preſbiterū vel eccleſiā
vaſtās aut impugnās vl' incendēs ſp̄ peniteat ⁊ in monaſterijs pe
nitentiam agat ꝑpetuā.xxiiij.q.iij.c.quiſquis per dolum.
Si abbas vl' abbatiſſa nō recepit ꝓfeſſionē a monachis vl' monia
libꝫ poſt annū ꝓbatōis tādiu in pane ⁊ aq̄ ieiunet.in cle.de ꝓbatio.
Eps preſbiter ⁊ diacon⁹ crimē capitale cōmittēs cartā falſificans
falſuꝫ teſtimoniū dicēs.deponat̃ et in monaſterio retrudat̃ perpe/
tuo.l.diſt.c.ſi Eps.⁊ c.ſequen̄.
Si quis per annū in excōmunicatione ſteterit priuet̃ oīm̄ibꝫ bene/
ficijs ſuis.extra de eta.et quali.c.cū littere.⁊ xi.q.ij.c.miſſus ⁊ extra
de peni.c vl.
Qui iniuriat̃ eccl'ie priuet̃ cōione illi⁹ extra de fo.cōpe,c.nullius.
Qui nō poteſt abſoluere expenſas litis puniatur arbitrio iudicis,
extra de do.⁊ cōtu.c.finem litibus.
Quilibet fur aut latro primo reſtituat ⁊ tūc puniat̃.penitētia po/
ſtea arbitraria.xij.q.ij.c.fraternitatis in glo.vlti.⁊.c.ſi quis,extra
de ele.c.ꝙ ſicut in glo.vlti.extra de ſymonia.c.licet.
Si quis iterat peccatū prius cōfeſſum.penitentia ſibi imponitur
extra de here.c.excōicat⁹
Clerici latrones dep̄henſi aut in magnis criminibꝫ culpati degra/
dent̃ et ī monaſterijs retrudātur extra de peni.c.tua
Grauiſſima pena punit̃ ꝓſequēs hoſtiliter Cardinalē ſancte. Ro.
eccl'ie ⁊ ſciētes et cōſentiētes extra de penis.c.felicis.li.vi.
Grauiter punit̃ q̄ pontificē vl' ep̄m temere et iniurioſe ꝑcutit vl' ca
pit.aut ꝯſiliū auxiliū vl' fauorē dedit ī cle.de peni.c.ſi q̄s ſuadente
Ille preſbiter deponit̃ qui celebrat miſſaꝫ in oratorio in domo ſua
ſine licentia epi.de cōſe.di.i.c.clericos.⁊.c.vnicuiqꝫ.
Si Abbas vel prior dedit monacho aliquā poſſeſſionē firmā.ieiu/
net ꝑ annū ſingulis ſextis ferijs in pane et aqua.
Degradat⁹ celebrās priuat̃ cōione ꝑpetuo.l.di.c.accedens."
Si quis excōicat aliquē iniuſte ſuſpendit̃ vno mēſe.⁊ alia pc̄a pu
nitur extra de ſen.excō.c.ſacro.
Item aliū excōmunicās ſine ſcriptis vno mēſe ſuſpendit̃.⁊ ſi tūc ce
lebrauerit ſolus papa diſpēſat ſuꝑ irregularitate.extra de ſen.excō
mu.c.cum medicinalis.li.vi.
Itē ꝓ q̄libꝫ pctō mortali vij.annoꝝ penitētia imponit̃ a iure.xxxij.
q.ij.c.hoc ipm̄.niſi alibi forſan maior reperiat̃ a iure expreſſa.
Itē ꝓ peccatis venialibꝫ ſicut ſunt comedere pluſq̄ꝫ neceſſe ē aut bi
bere.vt ponit̃.xli.di.c.qd̄ dicit.aut loqui vel tacere pluſq̄ꝫ non expe
dit vel exaſperare.pauperē petentē vel fabulis ocioſis vacare ſiue
iocoſe vel inutiliter mentiri vel iurare vel oꝑa miſericordie nō ad/



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſmplere et ſimilia peccata venialia que clarius exprimuntur xxv dist. §. talias eã. demũ reuera pro iſtis venialibus dantur Pater nr̃ et alie orõnes. ⁊ aſpgatur aqua benedicta. vel audiat miſſas ⁊ bñ/dictiones ſacerdotũ et cetera que remittũt venialia. vt notatur de penitẽ. diſt. iij c. de quotidianis. ⁊ di. c. ⁊ tres autẽ. et. c. conſecrata. et di. iij. c. celebrandas. et. c. aquam. ⁊ di. iiij. c. nequaquã. ⁊ de conſe. c. cum ad celebrandas.

Nas autẽ penitentias quas tẽporib; antiquis patres noſtri poſuerunt. nos eorũ filij minores penitẽtiarij aliquãdo imponere ip/ſis penitẽtib; debemus vel ſaltẽ inſinuare nobis cõfeſſis. alias pe/nitẽtia dicatur eſſe falſa que non datur ſcd̃m canones ſi ſit a canonibus diffinita de peniten. di. i. c. falſas. ſed tamẽ diſtinguit᷑. q2 aut peccatũ tibi cõfeſſum eſt publicũ vel occultũ. ſi ſit publicũ et maxie ſcandaloſuz. certe tunc nec maior nec minor eſt danda penitentia q̃ȝ illa q̃ȝ ius exprimit. et illud intelligitur. xxvij. q. vij. c. ſacerdos ⁊ peni. di. i. c. nonnulli.

Poſſunt tamen minui conſideratis circũſtantijs criminũ qualitate et quãtitate officio. paupertate infirmitate conſuetudine ſcãdalo temporis qualitate regionis cõplexione lacrimaruz effuſione deuotione et contritione de conſe. di. iii. c. de. pe. Si autẽ peccatum eſt aut fuit occcultũ tunc imponitur ei penitẽtia arbitraria. xxviij q. ij. c. tempora. extra de officio legati. c. de cauſis. et de accu. c. ſuper his. preſertim ſi non eſt diffinita a iure de pe. di. i. c. mẽſura. et. l. di. de hijs clericus. extra de ſen. excõ. c. deus qui. et. c. quantum

Et quia hodie in arbitrio ſacerdotũ ſtatute ſunt penitentie dan de confitentibus ideo primo pro grauibus peccatis occultis qui/bus canones penitẽtiaz taxant ipſi penitẽtiarij oſtendere debent et confitentibus ⁊ dicere penitẽtiaz iuris ⁊ canonũ ipi confitenti. Et ꝙ pro quolibet peccato mortali ſeptẽ annoꝝ debet penitentiaz age/re. ſed quia in hac vita nõ poteſt ipſam peragere. debet ſibi ad mi/nus vnũ pater noſter omni die dare vel concedat ſibi indulgẽtias elemoſinas et oratiões et omniũ chriſtianoꝝ et paſſionẽ dñi iheſu chriſti. et ſanctoꝝ martirꝝ et merita omniũ ſanctoꝝ et indulgẽtias ecclie. Et quicquid boni fecerit vel mali pacienter ſuſtinnerit. etiaz dicat ſibi. concedo tibi omnia iſta et omnes remiſſiones oratões. et peregrinatiões ac quecũq̃ȝ alia bona militãtis eccleſie. que tibi cedant in ſatiſfactionẽ huius penitẽtie per me tibi iniũcte et in re/miſſionẽ peccatoꝝ tuoꝝ. etiam ſi iſta via confeſſor nõ incederit alias certe non aderit vt notatur extra de peni. ⁊ remiſ. c. ꝙ autem.

Sed an poſſit confeſſor penitentias pro ſuo arbitrio modera re vel in totū remittere. ⁊ quid iuris ſi male fuerit eas arbitratus. l.diſt.c.de hijs clericis.⁊ xi.q.iij.c.ludouicum.extra de iudicijs.c.ac ſi clerici.⁊ xxxiij.q.vi.c.tpa.⁊.c.hec ſit extra.de ſen.excō.c.iij. Et de peni.di.i.c.menſuram

Et ſi confitens fuerit infirmus.tunc ſi cantus cōfeſſor. ꝙ nō det ſibi penitentiā.ſed oſtendit eam ſibi. vt ponitur xxvi.q.i.p totū et q. vij.in ſumma.ſic dicēdo.ſi eſſes ſanus talē deberes penitentiā facere pro peccatis tuis.ſed quia infirmus es.nō iniungo tibi eam ſed quando conualueris agas eam vel venias ad me vel ad aliuꝫ ſacerdotē.et de nouo recipias penitētiā.ſi moriar ex hac infirmi tate facias teſtamētū tuū et des tantū vel facis tot elemoſines da ri pro anima tua.

Ex predictis oſtendit ꝙ quilibet confitēs debet eligere ſibi ſci entificū ⁊ diſcretū ſacerdotē qui ſciat penitentias iniungere alias periculoſum eſt ſibi confiteri.quia nec excuſat penitentē ignoran tia ſacerdotis.nec eū excuſat.quia licet ſit abſolutus a peccatis nō tamen abſolutus eſt a debito penitentie et ſatiſfactionis.qr neceſſa rio optet ꝙ hic vel in purgatorio ſatiſfaciat ſicut dicit Januēn.in legenda mortuorum.

Aut penitentia data per confeſſorem eſt equalis peccato, aut maior.aut minor.Si eſt equalis tunc vnū per aliud redimitur. ſi vero maior ſit.tunc illud quod plus facit cadit ſibi ad maiorē glo riam.ſi vero minor eſt ſm Auguſtinū impunitū deus nō dimittit delictum.aut enim homo punit ipſum.aut deus ideo reſtat ꝙ pu niatur in purgatorio.Quia nullū malum impunitū et nulluꝫ bo num irremuneratū .ergo peniteas in vita vt poſt mortē nō crucia ris vel torqueris pena inferni vbi nullius rei inuenitur moderatō ſed infinitoꝝ lamētationū in euū durat plaga et demonū correctō

Finiūt canones penitētiales et ſequūtur Caſus Papales et Epales perpulche.

# Caſus Papales et Ep̄ales.

PRimus caſus Papalis eſt in illo. qui percutit enormiter clericum. vt ꝓbatur xvij. q. iiij. c. ſi quis ſuadēte. Si aūt ē leuis percuſſio Ep̄s abſoluit vt in. c. ꝑuenit. de ſen. excō.

Secundus eſt in illo qui conburit eccl'ias vel eas infringit qui poſtq̄ꝫ denūciatus eſt. abſolutio ꝑtinet ad ſolū papā vt ď ſen. excō. c. cōqueſti. Item idē eſt de quocūqꝫ alio incendario ſi forte excōmunicetur ⁊ publicetur. vt habeť de ſen. excō. c. tua.

Tertius eſt in illo. qui falſificat lr̄as dn̄i noſtri pape. vel falſ ſciēter vtitur. de crimi. fal. c. cura. et. c. falſariorum

Quartus eſt in illo. qui excōicatꝰ eſt a delegato pape qui non p̄t abſolui ꝑ aliquē niſi ꝑ papā vel pape delegatū vt de ſenten. excōi. c. ſignificauit

Quintus eſt in illo qui ꝑticipat cuꝫ excōmunicato a papa. quia nō poteſt abſolui niſi per papā qđ intelligiť de participāte in crimine ꝓpter quod talis eſt excōmunicatus

Sextus eſt in illo. qui ꝑticipat in oſculo vel aliꝭs ei qui excommunicatꝰ eſt ꝑ papā cū ꝑticipātibus quoniā iſte talis ab illo debet abſolui qui ſententiam tulit

Septimus eſt in clerico qui ſecūdas nuptias benedixit. ď ſecū. nup. c. i. Sed de iſto caſu an ſit papalis vel ep̄alis dubitāt multi

Octauus eſt in ꝑſecutoribꝫ Cardinaliū. qui graues et multas penas incurrūt. vt habeť in c. felicis. de penis. li. vi.

Nonus eſt in eo qui dat licētiā grauādi eos qui tulerunt ſententiaꝫ excōicatōis ſuſpenſionis vel interdicti. vel eos qui in ſuis ꝑſonis vel bonis vt de ſen. excō. c. quicūqꝫ. li. vi.

Decimus eſt in eo qui corpus defuncti incēdit. vł decoquit pro oſſibus trāſferēdis in extraua. bo. viij. deteſtante

Undecimus eſt in inquiſitoribꝫ hereticoꝝ. ſi odio vel gr̄a amore vel lucro cōtra iuſticiā vel cōſciētiā omiſerit cōtra quēpiā ꝓcedere. vel ipaꝫ hereſim alicui imponere. vt habeť in cle. de here. c. multoꝝ

Duodecimus eſt de religioſis qui abſqꝫ licētia ſpeciali ꝓrochial' preſbiteri ſolēnizāt matrimonia. aut miniſtrāt ſacramenta veluti eucbariſtie. aut extreme vnctiōis. ſufficit tn̄ licētia ꝓrochialis clerici etiā ſi nondū eſt ſacerdos. ſimiliter etiā licētia illius vicariꝭ q̄ gerit ordinariā curā eccl'ie. Itē ſufficit licētia dioceſani vt no. Jo. andre. de pri. reli. in cle. Itē excōicati ſunt religioſi q̄ excōicatos a canone ſoluūt in caſibꝫ nō cōceſſis. aut abſoluūt a ſentētiꝭs ꝑ ſynodalia ſtatuta ſiue ꝓuincialia ꝓmulgatis. aut abſoluunt a pena ⁊ culpa. de penis. c. ſi quis in cle.

xiij. eſt de pſecutorib⁹ epoꝝ vel qui eos faciūt exiliari ſeu pcurāt il/ los ad pſequēdū vl' carceri tradūt a qui pcipiūt b' fieri. vl' tribuunt auxiliū cōſiliū vel fauorē ad hoc faciendū.

xiiij. eſt de religioſis vel clericis inducētib⁹ ad vouēdū vel pmit/ tendū vel iurādū de eligēda ſepultura apud eos vel vltimā iaȝ ele/ ctam viteri⁹ nō immutēt. vt habeť in cle. de penis. c. cupiētes

xv. ē de his q cogūt celebrari ſibi in loco interdicto vel ad audiē dū inuocāt excōicatos vel interdictos. vl' phibēt eis ne moniti exe/ ant ⁊ de ill' q moniti nō exeūt vt habeť d' ſen. excōi. c. gůis in cle.

xvi. ē de hijs qui ferūt ferrū arma ⁊ equos ad impugnādū chri's nos vel alia necāria deferūt ſeu tranſmittūt. ſeu galeas vel naues vendūt vel impiraticis ſarracenoꝝ nauib⁹ gubernationē exercēt. impēdūt cōſiliū vel auxiliū in diſpēdiū terre ſancte. vt habeť. de iu de. c. quorūdā. ⁊ c. ad liberādam. et iſte caſus eſt papal' p extra Bo/ ni. viij. que incipit cōtra illos.

xvij. eſt in piratis qui ore papali excōicātur. vt no. Jo. An. in. c. excōmunicationū. de rapt.

xviij. eſt de eo qui abſolut⁹ pter mortis articulū vel aliud impe dimentū ab eo quo al's abſolui nō poterit ſi ceſſante impedimēto nō ſe pñtat cū ſe cōmode poterit ei a quo prius abſolui debebat in eadē ſnīa qua prius ligat⁹ erat ab homine vl' alias a iure reincidit ipo facto. vt in. c. eos de ſen. excōi. li. vi. Pone exēplū de alio impedi mēto. vcȝ. vt egritudo vel inimicicie capitales. vt notat. glo. in. c. re/ ligioſo. de ſen. excō. li. vi. ⁊ iſte caſus eſt papalis ſi talis abſoluend⁹ erat a papa

xix. eſt in abſoluto a papa vel eius penitētiario de ipius ſpeciali mandato qui ſe debet alicui⁹ cōſpectui pñtare nā reincidit ſi h' nō faciat vt in precedēte caſu dictū ē vt i dcō. c. eos de ſen. excōi. li. vi.

xx Jmperator. rex vel princeps. dux. marchio. vel comes aut ba/ ro vel aliquis alius notabilis pemīnētie dignitatis vel poteſtatis frater filius vel nepos ipoꝝ qui ad terminū vel inppetuū nōiatur eligiť vel aſſumiť in rectorē vel ſenatorē vrbis Rome quocūq3 no/ mine voceť ipa rectoria. ⁊ quicūq3 alius qui vltra annū ad hmōi regimē aſſumiť pter aplice ſedis licentiā lrīs ipius ſedis exprimen dis oēs pdicti cōſentiētes ſue nomīationi electiōi. vel aſſumptiōi et eos taliter nominātes eligētes vel aſſumētes et eis obediētes au xiliū cōſiliū vel fauorē dātes. ſunt abſoluendi per paā. vt de elec. c. quod ſi quis. li. vi.

¶ Unde verſus.

Per papā clerū feriens falſarius vrens<br>
Soluitur et quiſquis audet cantare ligatus<br>
Symon qui fuerit nec fallit regula talis.

¶ Nota tñ q̄ non omnis ꝑcutiens clerum tenetur ire ad Papam. vt patet per hos verſus ſequentes

Percutiens clerum Romā petit Excipiūtur
Ut puer atq̧ ſenex egrotus femina pauper
Et clauſtralis habēs inimicos et hoſtia ſeruans

# Incipiūt Caſus Ep̄ales.

SCiant ſacerdotes q̄ licet in priuata penitētia ꝓ occultis delicijs regularē poſſunt imponere penitētiā. vt habet̄ in. c. preſbiteri. xxvi. q. i. Regulare em̄ eſt q̄ ipſi cognoſcere poſſint de om̄ibus criminibꝫ occultis vt in. c. ſi peccauerit. ij. q. i. Tamen ſunt etiam certi caſus de quibꝫ ipi cognoſcere nō poſſunt immode talibus criminibꝫ optet eos neceſſario remittere ſuos confitentes ad ſuperiorem prelatū id ē Ep̄m. et iſti caſus dicūtur Ep̄ales ⁊ ſunt iſti q̄ ſequūtur quos no. Hoſti. in ſumma de peni. ⁊ remiſ. §. iiij. v. cui cōfitendum

Notet eos latius Specu. in iiij. parte circa fi. de peni. et remiſ. § : vi. verſu. priuata autem.

Prim⁹ caſus Ep̄alis eſt in eo. qui cognouit carnaliter monialē cōſecratā vel nō cōſecratā virginē vel nō virginē. vel ſi forte ſ mulier coiuit cū religioſo dū nō ſit in loco ſacro q̄ tunc eſſet papalis

Secuudus eſt in eo qui verberat patrē aut matrē ſcʒ ex caſu. ſʒ ſi ex certa ſciētia tūc ꝑtinet ad papā

Tertius eſt in eo qui deflorat virginē fraudulēter. ſʒ ſi violenter malitioſe et vi. ꝑtinet dn̄o noſtro pape

Quartus eſt in eo qui in mortē cōiugis machinatur.

Quintus eſt in eo q̄ abutit̄ chriſmate ſeu eucbariſtia vel alia re ſacra aut facit furtum in eccleſia. et etiā in illo clerico. ex cuius negligentia hoc cōtingit

Sextus eſt in illo. qui ꝓpriū baptizauit filiū vel eū ad baptiſma vel etiā confirmationē tenuit

Septimus eſt in eo qui facit votū caſtitatis et poſt votum contrahit cū aliqua. vel aliqua cum aliquo.

Octauus eſt in eo qui contrahit vel cōtinet. ſeu religionē intrat in vita vxoris ſue poſt carnalem copulam.

Non⁹ ē in illo malefico. q̄ cōfitet̄ ſe crediſſe heretice prauitati.

Decim⁹ ē i ſymoniaco ſub q̄cūq̧ gn̄e ſymonie fuerit ſymoniac⁹ q̄ ad abſolutionē nō q̄ ad diſpēſatioʒ que ad ſolū papā ſpectat.

Undecimus eſt in illo qui excōmunicatus eſt ⁊ ſolenniter celebrat in eccleſia quo ad abſolutionem

Duodecimus eſt in illo clerico qui ꝑ ſaltum eſt promotus.
Tredecimus eſt in illo qui ordinatur ab alieno Epiſcopo ſine licē
tia ſui proprij epi
xiiij eſt in homicida ſiue in verbo ſiue in conſenſu vel ſe in defendē
do vel dormiendo vel ſi occidat furem vim facientem vel ſi homi/
cida fuerit infantis,
xv.eſt de faciente luxuriā in eccleſia maxime conſecrata
xvi.eſt in illo qui cognouit carnaliter iudeā vel ſaracenam
xvij.eſt in muliere que cōcepit ex alieno viro.et vir ſuus credēs euꝫ
ſuum propriū filiū eſſe inſtituit cum heredem in aliorū preiudiciū
et grauamen.
xviij.eſt in illo vel in illa qui vel que procurat abortum vel ſterilita
tem ſiue in ſe ſiue in alia
xix.eſt in eo qui contrahit matrimoniū poſt ſponſalia cōtracta cuꝫ
alia vel iuramēto interpoſito in contractu
xx.eſt in illo qui excōicatus a iudice et nō vult exire eccleſiam.Sed
eſt diuinū officiū impediens
xxi.eſt in eo qui ſcienter celebrat in loco interdicto ſiue in publico.
ſiue in ſecreto.
xxij.eſt in eo.qui eſt ſortilegus veꝫ in illo.qui inuocat demones ꝓ
furtis vel mulieribꝫ vel alijs rebus licet aliqui extendāt iſtū caſum
ad exiſtentes in ſacris ordinibꝫ
xxiij.eſt in illo qui ſcienter et publice ſepelit corpus alicuius excō/
municati in cimiterio
xxiiij.eſt in illo qui excōicatus eſt a canone in caſibus in quibus ab
epo poteſt abſolui
xxv.eſt in illo qui eſt irregularis
xxvi.eſt in eo qui cōtrahit matrimoniū clamdeſtine
xxvij.eſt in eo qui ē criminoſꝰ publicꝰ vel blaſphemator,
xxviij.eſt ſi Eps audiuit cōfeſſionē de aliquo peccato inferior . cle
rus nō habet talem abſoluere ſed dꝫ ad epm ipm mittere.
xxix.eſt de illo vel de illa qui vel que opprimit filios ſuos ſtudioſe
vel negligenter
xxx.eſt in eo qui cōmittit ſacrilegiū vel incendium
xxxi.eſt in illo.qui cōmittit crimen falſi ſiue in litteris ſiue teſtimo
niū cōmiſſum et quod dico de lr̄is intelligo non papalibus . qꝛ ille
caſus eſt papalis
xxxij.eſt in illo qui violat eccleſias et libertates et immūitates earū
xxxiij eſt in eo qui committit peccatuꝫ contra naturā·vtputa ſi vir
virum cognoſcit vel brutū vel etiam ſi vir vtitur membro mulierꝫ
ad hoc non conceſſo.
xxxiiij.ē illo qui cōmittit inceſtū vt ſi cognoſcat cōſāguineā ꝑſonā;

xxxv.eſt in illo qui eſt piurus.licet aliqui volunt illum extendere ꝯ piurio pueri qui eſt infra ſacros ordines.
xxxvi.eſt de illo clerico qui cognouit illam quā baptizauit vel illaꝫ cuius confeſſionē audiuit.
xxxvij.eſt de illo qui excōicatus ab Epō.qui nō poteſt abſolui ꝑ aliquem inferiorem preſbiteꝝ ſeu clericū.
xxxviij.eſt in illo qui eſt vſurarius publicus
xxxix eſt in illo qui celebrat miſſam in altari nō cōſecrato.vel ſi celebrat ſine ſacris indumētis vel ornamentis vel ſi celebrat nō ieiunꝰ
xl.ē in illo q̄ nō reſtituit ablata vel ſubtracta vl' alia illicita acq̄ſita

¶ Sciendū eſt ꝙ ſi Eps cōmittat alicui ſacerdoti vices ſuas in caſibus in quibꝫ eps ipe habet poteſtatē talis ſacerdos p̄t ſuam iuriſdictionē exercere in om̄ibꝫ caſibꝫ preter quinqꝫ qui ſequūtur

¶ Primus eſt vbi penitentia ſolennis eſt imponenda

Secundus eſt quia ſacerdos non poteſt abſoluere ab excōmunicatatione in caſu in quo Epiſcopus poſuit limitationeꝫ niſi ſpecialiter ei cōmittat

Tertius eſt vbicūqꝫ inuenerit irregularitatem contractaꝫ. tūc enim debet eum remittere ad epiſcopum vel ordinarium

Quartus eſt de incendarijs.

Quintus.ſi eſt de conſuetudine alicuius dyoceſis ꝙ certa crimina ad Epm̄ remittant.

¶ Impreſſum Argentine. Anno domini Milleſimo quingenteſimo ſeptimo per Honorabilē virum Mathiaꝫ Hupfuff

1507

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Jg 7.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg